



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 9. Galli suæ opinioni pertinaciter insistentes, accedere renuentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI. nor, & supremi Pontificis dignitas illæsa
A.C. 1563. servaretur.

§. IX.

Galli suæ opinioni pertinaciter infestentes, ac cedere renuentes.

Ex altera parte, cum Galli sua oppositione, ac minis continuato fervore tumultuarentur, Legati nil intentatum relinquebant, ut illos placarent: unde Moronus illis fidem fecerat, quod ipsorum jura nequaquam hac in occasione essent violata, cum jam ad Synodi initium non modo fuisset sanctum, quod quisunque sedendi ordo nullius juri quicquam deroget, sed insuper etiam per privatam epistolam a Pontifice declaratum, quod Hispaniæ Regis Orator, ut aliis cedat, invitus cogi non posset, ac aliunde Galli, cum jam antea consensissent, ut hic extra ordinem federet, pariter consentire valerent, ut eidem incensum, & pacis osculum extra ordinem ac præter morem adhiberetur. (*) reponebant tamen Galli, quod inter Franciæ, & Hispaniæ Ora-tores honoris æqualitatem poni, ne quaquam permittere valerent, si vero utriusque incensum, pacisque osculum eodem

10. (*) Ex hac ratione manifeste elucet quærendi causam fuisse quæsitudinem, non datam.

eadem omnino tempore adhiberetur, Sæc. XVI.
hoc idem foret, ac si prærogativæ pos- A.C. 1563.
sæssio Hispanis assereretur, eisque no-
vus titulus quodammodo tribueretur:
ferventibus autem hisce dissidiis ab-
solvebatur sermo, ac ille, qui rem Di-
vinam peragebat, diu exspectare co-
actus est, priusquam Symbolum Apo-
stolicum in Missa inchoare posset.

§. X.

*Granatenſis Archiepiscopus ad Lu-
nenſem Comitem flectendum
missus.*

Denique Præsides, ut ab hac contro-
versia se expedirent, Granatensem
Archiepiscopum inducebant, ut is Lu-
nensem Comitem rogatum adiret, qua-
tenus hic tum nulli omnino incensum,
pacisque osculum præberi consentiret,
hacque ratione Gallis reclamandi ob-
tentus adimeretur, facta tamen Comiti
fide, quod tunc si postulaturus esset, ut
Pontificis iussa circa incensum, & pacis o-
sculum eodem tempore utriusque dandum
executioni mandarentur, Legati id
facere parati essent. Comes hac de-
claratione contentus assensit, ut nec
pax, nec thus hac vice adhiberetur, sibi
tamen semper integrum esset, jubere,
ut Papæ mandatum in opus deduce-
retur,